



UNIVERSITÄTS-  
BIBLIOTHEK  
PADERBORN

**Conciones siue Conceptvs Theologici Ac Prædicabiles R.  
D. Petro Bessæi SS Theol. Doct. Reg. Galliar. Oratoris**

In Omnes Totivs Anni Dominicas Æstiuas, à Festo Pentecostes vsque ad  
Aduentum

**Besse, Pierre de**

**Coloniae Agrippinae, Anno M.DC.XXIX**

Dominica XXXIV. Post Pentecosten.

---


---

**Nutzungsbedingungen**

[urn:nbn:de:hbz:466:1-56259](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-56259)

Reuerentia peccatores sanitatis acquirendæ gratia, ad Deum accedere debeant: cum hæmorrhoida accedere ad Christum verita à tergo hæreat, imo vix vestem illius tangere audeat. Discite, quæ sit fiducia & spe ad Deum accedendum; quæ sit de potentia illius spes concipienda, cum mulier hæc certo sibi persuadeat, se si fimbriam Christi tangere potuerit, sanguinis fluxu quamprimum liberandam. Denique hinc colligite, Dei laudes & præconia vbiq; locorum esse de prædicanda & euulganda, beneficiaque recepta celebranda.

Et quis obsecro hoc non agat? quis hic deficiat omnipotens Deus? Tua quippe mirabilia tacere, non est hominem esse, & certissimum ingratitude argumentum. Nam & muta loquuntur vt te dilaudent, & quæ lingua carent vt tibi dent gloriam, linguam sibi adaptant. Nos scilicet ad hoc obligati sumus, imo naturalis quædam obligatio est, vt creatura rationis compos Creatorem dilaudet, vtque homo in æternum Dei sui præconia celebret. Sed quid video hic sanguinifluas, & filias mortuas, tot animas inquam quæ peccandi dysenteria laborant, & iam à duodecim annis forsitan, inter quas & plurimas iam mortuas reperire erit, sacræ humanitatis tuæ fimbria ad illas mundandas, & omnipotentia manus ad has à mortuis resuscitandas, sufficit. Illis igitur sanitatem & his vitam elargire, atque omnes te deprecabunt, mirabilia tua celebrabunt, quamdiu hic in orbe inferiori peregrinabuntur, expectantes interim, donec in altero sæculo, vbi æterna felicitas est, eadem assidue & continuo decantare valeant, ad quam nos deducant Pater & Filius & Spiritus S. Amen.



## DOMINICA XXIV. POST PENTECOSTEN.

Partitio.

1. De nominibus Antichristi.
2. De desolatione Urbis Ierosolymitana & orbis.
3. De Tribulatione magna in secundo aduentu Iesu.
4. De abominatione Antichristiana generatim.
5. De Antichristi fraudulentia.
6. De eiusdem Tyrannide.

Cum videritis abominationem desolationis, quæ dicta est à Daniele Propheta. stantem in loco sancto. Matth. 24.

FIGVRA.

Vidit olim in Apocal. Ioannes draconem <sup>Apol. 12.</sup> rufum, & horribilem, septem capita & cornua decem gestantem, & septem coronis redimitum; qui cauda tertiam stellarum partem cælo detrahebat, & in mulierem omnem suam rabiem & furorem conuertebat. Hunc imaginem esse dico Antichristi, cuius in Euangelio hodierno habetur mentio, quique circa sæculorum finem apparebit, vt Ecclesiæ bellum inferat, eamque persequatur. Ipse scilicet erit draco veneno & virulentia turgidus, septriceps, & decem munitus cornibus, & septris infinitis potens, quod sexcentas rationes & mille artes adinueniet, quibus iustos affligat, & in castes suos pertrahat, varias illis ideo coronas & septras offeret, cauda quoque sua cælo stellas detrahet, id est, sexcentas animas cælo & gloriæ destinatas disperdet, & in terram trahet. Tantusque illius furor & rabies futura est, totus vt orbis eum formidaturus sit. Sed Ecclesiam imprimis, quæ est mulier illa, persequetur, & aduersus illam omnes vires exeret. Alias nequitia & sæuitia illius partes prosequar, si cœlitus auxilium affulgeat, & cœpta nostra Deipara benignitatis suæ flabro secundet. Quare vnanimis ei angelicam salutationem recitemus:

Ave MARIA.

Tam

I. Tam horrendæ & crudeles Antichristi  
 aduersus iustos & fideles circa mundi finem  
 perfectiones & exagitationes erunt, vt Ec-  
 clesia quo eadem exaggeret, nobisque earum  
 horrorem incutiat, varia illi & terribilia  
 nomina imponat, qualia vix vnquam ab  
 hominum memoria cuiquam data legimus.  
 In primis enim absolute dicitur *malus*: ita  
 namque eum indigerat Propheta Job: *In die  
 perditionis seruatir malus*, & ad diem fu-  
 roris adducetur; quæ verba Gregorius in  
 Moralibus de Antichristo interpretatur.  
 Sed breuiter hic notandum, duo Prophe-  
 tam iudicij diei, de quo hic agit, nomina da-  
 re, primo namque vocat diem furoris, quod  
 totus orbis tunc irascetur, sæuiet, & confi-  
 get: deinde diem perditionis, omnia siqui-  
 dem tunc pestum ibunt, aquæ non fluent  
 amplius, cœlestes influxus quiescent, ele-  
 menta deficient, animalia desebuntur, a-  
 ues uolare desinent, arbores non amplius  
 virescent, flores emarcescent, homines  
 non supererunt, denique generalis qua-  
 dam perditio & commune excidium tunc  
 erit.

Secundo Antichristus dicitur *impius*.  
 Hoc illi nomen inponit Isaias; de Christo  
 etenim, eiusque potentia sermonem institu-  
 ens ait: *Et spiritus suorum interficiet impium*; id  
 est, secundum expositionem Glossæ Anti-  
 christum. Nullum potro ei aptius vel naturæ  
 congruentius nomen imponi queat: ille si-  
 quidem omnis pietatis erit grandio, religio-  
 nis flagellum, & omnis sanctimonie ruina  
 & euertio. Virtutes enim eliminabit, vitia-  
 que inducet; iustos exagitabit, impios exal-  
 tabit, iusticiam peruertet, & iniquitatem ex-  
 tollet, cœlestia irridebit, & terrena lauda-  
 bit; veritatem oppugnabit, & mendacium  
 propugnabit. O impium! campanilla euer-  
 tet, altaria destruet, Sacerdotes ingulabit,  
 Sacrificia auferet, sacra profanabit, & mil-  
 le in Ecclesiam crudelitatis genera exerce-  
 bit.

Tertio Apostolus *iniquus* ei nomen dedit:  
*Reuelabitur*, inquit, *iniquus, quem Dominus  
 Iesus interficiet spiritu oris sui*; & destruet il-  
 lustratione aduentus sui. Hoc autem ei no-  
 men impositum, quod vt nequissimus & sce-

lestus omnem aequitatem & iusticiam oppu-  
 gnabit, nam nullas agnoscat leges quam ty-  
 rannicas passiones, voluntatem diabolicam,  
 & crudelitatem extremam. Dei præcepta  
 violabit, ius naturale, ciuile & humanum ex-  
 plodet, leges & statuta principum, & omnes  
 mundi consuetudines exsibilabit; legum no-  
 men occupabunt passiones eius, præcepto-  
 rum voluntates, statutorum libertates, con-  
 suetudines, & credulitates.

Quarto Daniel Propheta eum *Regem im-*  
*prudens facie* vocat: *Consurget*, inquit, *Rex*  
*impudens facie, & intelligens propositiones, quem*  
*impudens facie.*  
 Nicol. de Lira magnus ille veteris Testamē-  
 ti interpret, de Antichristo locutum ait, qui  
 omni pudore excusso, in omnia vitia liber-  
 tatis habenas laxabit. Rex autem dicitur,  
 quod regio more imperabit, atque tyranni  
 istar truculentissimi omnes sæuissimo iu-  
 go premet; erit adhæc impudens, infamis,  
 effrons facie, in moribus & agendi ratione  
 dissolutus. Nemo autem vnquam, præter  
 Antichristum, infami hoc nomine est appel-  
 latus: atque ideo forsitan in Apocalypsi be-  
 stia dicitur est: *Et admirata est vniuersa terra*  
*post bestiam*, id est, post Antichristum, qui  
 quod bestie instar victurus sit, impudens &  
 effersus futurus, & omnem humanitatem &  
 clementiam ignoraturus, bestia merito à Jo-  
 anne dicitur est.

Quinto ab Apostolo etiam *homo peccati*.  
 dicitur est: *Ne quis*, inquit, *vos seducat vilo mo-*  
*do, quoniam nisi venerit discessio primum, & re-*  
*uelatus fuerit homo peccati*: quibus verbis de  
 Antichristi aduentu locutus est. Porro *homo pec-*  
*cati* Hebræorum, genitiuos substantiuo-  
 rum pro adiectiuis usurpatum more, tan-  
 tundem est, ac *homo peccator*, qualia sunt, & *iri-*  
*diuitiarum*, pro *viri diuites*; *Deus iustitia*, pro  
*Deus iustus*, *viri iniquitatis*, loco & *viri in-*  
*iquus*. Et quemadmodum Christus fuit San-  
 ctus Sanctorum, ita Antichristus futurus est  
 scelestorum scelestissimus, atque vt in Chri-  
 sto Jesu abundantia quædam & plenitudo  
 gratiarum apparuit, ita in Antichristo ne-  
 quitie colluies apparebit.

Sexto filium perditionis illum eodem lo. Alius *filius*  
 co Apostolus nuncupauit, quod & calculo perditionis.

fuo S. Methodius, quæ Hieronymus in prologo in Daniele dilaudat, confirmat libro de pijs & nouissimis temporibus, *Veniet, inquit, filius perditionis, qui dicitur Antichristus, & putans quod sit Deus, exaltabit cornua sua nimis.* Erit, inquam, filius perditionis, quod diabolus illum hominum perniciem ac perditionem producturus sit, tum etiam, quod se & simul alios perditurus sit, tamque sceleratam & improbam vitam acturus, deterior nulla ut haberi possit. Quare non immerito Salamandræ cõpareretur: quæ seipsum & sui similes, præter aliorum serpentium consuetudinem, qui nec se mutuo, nec foetios veneno inficiunt, inficere potest: nam si serpens aquam bibat, cui Salamandra innatauit, vel aliquid comedat, quod illa tetigerit: quamprimum velut haulto veneno emoritur; ita Antichristus se simul & alios destruet, & generalem perditionem in orbem inuehet.

Math. 14.  
Dan. 11.

At nondum hic finis: appellatur enim apud Matthæum etiam Pseudopropheta & Rex Septentrionis, apud Danielem. Porro omnes eum aduersarium & inimicum Christi dicunt; nam ab *adversariis*, id est, contra, & Christus nomen eius efformatum est, ac si dicas, aduersarius & contradictor Christi. Denique hodierno in Euangelio abominatio desolationis, vel abominatio desolationis dicitur. Rem & nomen describit Matthæus, equidem vobis prælegam: *Cum videritis abominationem desolationis, qua dicta est à Daniele Propheta, stantem in loco sancto.* Plura hic dicenda occurrerent, sed ut summam ipse perstringam, duobus rem vniuersam punctis circumscribam, id est, duas desolationes depingam, prima erit Hierosolymitana euersio, quæ iam præterit, qua urbs illa florentissima euersa fuit, vel quæ post multa sæcula in generali totius orbis destructione eueniet: altera describet inauditas persecutiones, quas Ecclesiæ inferet Antichristus, & duobus hisce punctis vniuersam hanc materiam includam, & hanc concionum Dominicalium partem finiam.

Euangelij  
sensus.

Prima pars Euangelij duo continet capitula, scilicet urbis Hierosolymitanæ excidium, &

Christi aduentum ad iudicium, simulque signa, quæ hoc iudicium præcessura sunt. Christus igitur templo egressus, templi molem ædificiique splendorem & magnificentiam admiratus stetit in via: ait autem Marcus, Apostolos templi elegantiam & structuram demiratos muros ei, arcus fornice, columnas, sculpturas, picturasque aliæque opere Musaico affabre elaborata ostendisse, dicentes: *Magister, aspice quales lapides, Marc. 13. & quales structura,* quasi dixissent, ut bene Origenes notauit, ne permittas Domine tam splendidum & regium opus concidere, vti concisurum concione iam mox habita præmonuisti. Quibus respondit Dominus, quam rudes adhuc & ignari estis discipuli mei: quam parum vobis patent futura. Veniat siquidem dies, quibus altare hoc destruetur, templum euertatur, fornices concident, columnæ euellentur, picturæ delibuntur, turres & pinnacula corruent, muri pessum dabuntur, ita ut lapis non sit super lapidem mansurus. Omnia autem hæc euentura sunt, quando videbitis abominationem desolationis: quam Daniel prænuiciauit, vti qui tunc prophetiam illam legerint, intelligant, quia illo tempore omnia hæc euentura sunt.

*Cum videritis abominationem.* Variæ huius oraculi dari expositiones solent: Hieronymus quippe per abominationem hanc Antichristum significatum credit, vti Hilarius, Eusebius, & alij plures. Chrysostramus, Euthymius, Druthmarus, de statua Caii Caligulæ, quam Iudææ præses Pilatus vna cum Imperij insignibus aquila, principi adlaturus templo intulit, locum accipiunt. Philo vero de imagine Caii intelligit, quam Petronius in templum inuexit, & adorari præcepit. Hugo Cardinalis denotari hic credit statuam Imper. Adriani quam Romani illi ut trophæum apud Solymam erexerunt, & in Templo Salomonis, vel ut loco omnium in orbe dignissimo collocarunt, quæ usque ad S. Hieronymi tempora etiam, inter ruinas & rudera Templi conspiciebatur.

Aliud iter ingressus Ambrosius, credit hic designari caput quoddam porcinum, quod opinio Roma.

Opinio  
probabilif-  
sima.

Romani templo ipsum profanaturi, & Judæis, qui hoc animal inprimis abhorrebant, & immundorum immundissimum censebant, illufuri intrulerunt. Sed omnium verifsimillima & probabilissima, cui etiam libens assentior, opinio est Origenis, S. Augustini, D. Thomæ, Caietani, & aliorum, qui de Romanorum, urbem obsidentium, & muros corona militum circum vndiq; cingentium exercitū intelligunt, e quo colligere erat, illius vastationem ac ruinam in proximo esse: in hac namq; obsidione & excidio casus miserabiles & abominaciones insolitæ apparuerunt, sacrilegia, inquam, idololatria, cædes, strages, homicidia, & rerum sacrarum profanatio.

Tribulatio magna sub  
ne Roman.  
Cum videritis abominationem. Dum autem Iudæorum abominaciones hæc contingerent, apparuit tanta tribulatio & angustia, cui similis nulloquam exstitit, & tunc impletum est oraculum illud Christi Iesu; *Erit tunc tribulatio magna, qualis non fuit ab initio mundi*: quid enim Iudæi ante passi fuerant, nihil omnino erat respectu eorum quæ Romani deinde milites intulerunt. Magna quidem fuit angustia & afflictio Iudæorum, quando Chaldæi urbem Ierosolymitanam incensam diruperunt, sed non nisi septuaginta annis hæc duravit captivitas: at hæc quam Romani intulere, captivitas & vastatio, iam mille duravit annis & sexcentis, & nondum finem accepit.

De bello Iu-  
daico.

Fl. Iosephus, qui urbis excidium & prælia descripsit, & quorum pars magna fuit, tantam eiusdem desolationem & vastitatem fuisse scribit, vix ut credibile sit, imo veretur ipse ne veritatem superet historia, & inanes fabulas lectori narrare videamur. Equidem paradoxa sint, quæ narret nec ne, aut potius imaginariū quid, nescio, vñ scio ab illo ut verū narrari, toto obsidionis tempore, tam peste & fame, quam gladio vndecies centena hominum millia periisse, & nonaginta millia in captivitatem abducta, quorum reliquæ deinde iusto Dei iudicio per omnes orbis Prouincias errantes incertis sedibus, sine lege, sine Rege vagantur, & à Christianis in Prouinciis tolerantur, ut illos velut filij Dei homicidas & interfe-

tores intuentes, mortem illius semper ob oculos habeant. Quod prædixisse Propheta visus est, dicens: *Deus ostendit mihi super inimicos meos. Iudæorum scilicet punitionem, Ne occidas eos, sed calamitates eorum producas & protrahas; ne quando obliuiscantur populi mei, Christiani amarissimæ passionis tuæ. Disperge illos in virtute tua, per vniuersum terrarum orbem, in commissorum punitionem, & depone illos protector meus Domine.*

Tunc erit tribulatio, qualis non fuit ab initio mundi. Tanta scilicet tamque vehemens, ut Dominus beatas pronunciarit steriles & infelices eas, quæ tunc temporis veterum in Iudæa laturæ & lactaturæ, *Va autem pregnantibus & nutrientibus in illis diebus*. Tanta siquidem inimicorum futura est rabies, ut ne prægnantes quidem & nutrices impune habituræ sint, atque hac hyperbole Scriptura insignem aliquam rabiem & feritatem designare solet. Ita Eliseus loquens Nazæi duci Regis Syriæ Benadabi, qui ad illum in Damascum quadraginta camelis munera deferentibus comitatus venerat, suspirans, & gemens ait: *Scio quæ facturus sis filie Israel mala, ciuitates eorum munitas igne succendes, & iuuenes eorum interficies gladio, & paruulos eorum elides, & prægnantes diuides*. Amos etiam Propheta Ammonitarum feritatem describens, eos mulierum prænantium nulla ratione miserturos asserit: *Super tribus sceleribus filiorum Ammon, & super quartum non conuertam eum, eo quod deseruerit prægnantes Galaad ad dilatandum terminum suum*. Ideo dominum hac maledictione usum scribit Origenes, quod Romanorum militum barbaries adeo futura esset enormis, ut ne prægnantes quidem & nutrientes impune sint habituræ. Theophyl. aliter intelligit, creditque Dominum ideo mulieribus tunc temporis nutrientibus maledixisse, quod sciret, quod Iosephus etiam in libris de bello scribit, matres proprios in cibum paraturas fœtus, quod profecto in obsidione Ierosolymitana factum est, & vix à barbaris quidem factitarum legimus. Hilarius, Chryostom. Hieronym. Beda, Euthymius multo probabilius dicunt, ideo

III.

1. Reg. 8.

Amos 1.

Occ. 3. scilicet

scilicet Dominum infelices pręgnantes & nutrices pronuntiasse, quod matres foetu grauidę, & nutrices alumnos ad mamillas habentes ad fugiendum ineptę sint, cum tamen tunc fuga sibi consulere necesse futurum sit.

Luc. 19.

*Tunc erit tribulatio magna.* Ideo, inquam, magna, vt ipse Dominus eandem mente tantum voluens, vbertim sit lachrymatus, & videns ciuitatem, steterit super eam. Dauid Rex Siceleg excidium vastationemque eoh implatus planxit, & vna cum suis lachrymatus est: *Leuaerunt Dauid & populus, qui erat cum eo voces suas, & planxerunt, donec descerent in eo lachryma.* Ipse quoque Marathias patriarum legum amator zelosissimus, ingemiscibat ac suspirabat, cum templum profanari & patriam ab hostibus euerri cerneret: *Et dixit Marathias, va mihi, vt quid natus sum videre contritionem populi mei, & contritionem ciuitatis sanctę, dum datur in manibus inimicorum. Sancta in manu extraneorum facta sunt templum eius sicut homo ignobilis.* At Christus lachrymarur & spirat dum cladem & vastitatem vrbis Ierosolymitanę impendentem pręuidet, atq; in mentem reuocat, quia tunc futura est tribulatio magna.

1. Macch. 2.

Crudelitas  
obsidij Ie-  
rosolymi-  
eati.

Ecquę namque tribulatio erit videre muros solo æquatos, domos eueras, facultates direptas, thesauros ablatos, filias defloratas, matres constupratas, & nutrices cum alumnis iugulatas? quęnam tribulatio, videre viros interfectos, Sacerdotes obruncatos, pueros suffocatos, altaria destructa, & ciucs in captiuitatem abductos? ecquę tribulatio, videre ædes sacras dirutas, sacrificia interdicta, religionem profigatam, confusionem subintroentem, crudelitatem laxatis habenis grassantem, sacraque profanata? Quis talia fando temperet à lachrymis? Vere igitur tunc erit tribulatio magna. Sed nondum desinimus.

Alterum primi membri caput est aduentus Jesu Christi ad iudicium, & signa illa terribilia, quę funestum & tragicum hęc diem pręcessura sunt, diem, inquam, qua tribulatio videbitur, qualis nusquam ab hominum memoria visa vel audita. Quamuis autem hęc Danielis Prophetia & euerfione & ex-

cidio Ierosolymitanę non inscite intelligatur, melius tamen & apertius de mundi ruina destructioneque capietur, vt ostendit Augustinus Epist. ad Hefychium. & lib. 20. de ciuitat. cap. 5. & ipsum fauet Euangelium, nā cum Dominus hęc omnia exposuisset, & templi euerfionem declarasset, Apostoli perterriti mox ab eo petierunt: *Domine, quando hac eris, & quod signum aduentus tui?* Ipse quoque Hieronymus non abnuitt, & concedit de Domin. ad iudicium aduētū, & mundi excidio hoc Euangelium posse capi. Tunc quippe talis erit tribulatio, qualis non fuit ab initio mundi.

Notate hic verbum tribulatio; cum enim Iustissime iustos purgari prius oporteat, quam cælum iudicium ingrediantur, & post iudicij diem nullum futurum sit purgatorium, fiet, vt antequam horrida illa dies adueniat, tribulationum igne purgantur & expientur, tribulationum, inquam, quibus similes non vidit hominum memoria. Erunt siquidem ad eo vehementes & pertinendę, vt Scriptura illas diluuiū comparare non vereatur. Vnde Psalmista: *Pro hac orabit ad te omnis Sanctus intempore oportuno. Veruntamen in diluuiū aquarum multarum ad te non proximabunt.* Et apud Matthæum: *Sicut in diebus Noe, fecerit aduentus filij hominis.* Nam vt aquę diluuij per omnem terrę superficiem inundarunt, ita fluctus & tempestates tribulationum, quę diem iudicij pręcessurę sunt, quidquid in mundo fuerit, disperdent.

Psal. 51.

Matth. 24.

Ecquod Deus bone diluuium! non iam diluuium vndarum, sed nouum & inuisum, diluuium flammarum, quod ipsa etiam fundamenta montium & collium crepidines exuret: *Montium fundamenta comburent.* Ignis ante ipsum pręcedet, & inflammabit in circuitu inimicos eius. Ignis, inquam, qui tunc, vt Philosophi dicunt, in summo futurus est, & velut diuinę iustitię admissiter, ager in mundum. Ignis qui eodem momento quatuor mundi angulos inuadet, aues extinguet, animalia comburet, pisces vstulabit & perdet, homines torrebit. Ignis qui sylvas destruet, mundum in solitudinem rediget, & omnia mundi in

Dies iudicij diluuiū collatus.

cinctos

Ignis qui iudicium præcedet mirabilis est.

cineres & fauillas conuertet. Ignis qui vbes solo aquabit, arces demolietur, montes fumigare coget, agros corripet, in mari ardebit, ad cælos vsque pertinget, imo ne lapidibus quidem parceret. O ignem, ô conflagrationem, ô incêdium! Ignis erit in Oriente, ignis in Occidente, ignis ad meridiem, ignis ad septentrionem, ignis denique vbique. Ignis in Asia, ignis in Africa, ignis in Europa, ignis apud Antipodes, ignis per omnes orbis angulos & climata.

Pfal. 49.  
Pfal. 82.  
Dan. 11.  
Nahum. 1.

Dies iudicii tempe-  
stati collata

Tunc erit tribulatio magna. Adeo inquam magna, vt illam prænuntiantes Prophetae, tempestatum eandem compararint. Psalmista imprimis: *In circuitu eius tempestas valida, & alibi, ita persequeris illos in tempestate tua. Daniel quoque. Et quasi tempestas veniet contra illum. Nahum item. Dominus in tempestate & turbine via eius, & nebula puluis pedum eius.* Horribilis inquam & noua tempestas, tempestas in cælo, tempestas in aere, tempestas in mari, tempestas in terra, tempestas generalis & publica. In cælo scilicet, ob motuum confusionem, in aere, ob constipata & densa fulmina; in mari, ob turbines & procellas ventorum, & vndarum concitationes; in terra, ob motus assiduos, qui illam concutient & agitant; tempestas denique generalis, propter calamitates, strages & tribulationes quæ futuræ sunt omnibus communes & publicæ.

Cur sit futura iudicii dies terribilis.

Tunc erit tribulatio magna, imprimis ob multitudinem signorum, quæ hunc Domini aduentum præcellura sunt: *Erunt signa in sole & luna & stellis.* Secundo, ob subitam & inopinam ad iudicium citationem cui omnes interesse oportet: *Omnes nos manifestari oportet ante tribunal Christi.* Tertio, quod omnia conscientiarum arcana, tunc patebunt, & abstrusissima quæque peccata tunc ab omnibus conspiciuntur. *Illuminabit abscondita tenebrarum, & manifestabit consilia cordium.* Denique ob iudicis furorem & indignationem, tunc siquidem adeo minacem & horribilem vultu induet, vt solo sit aspectu mortales omnes perterriturus. *Ab increpatione vultus tui peribunt,* ait Psalmista; & post illum Nahum Propheta, *Antefaciem indignationis eius quis stabit? & quis resistet in ira furoris eius?*

Pfal. 79.  
Nahum 1.

indignatio eius effusa est vt ignis. & petra dissoluta sunt ab eo.

Tunc erit tribulatio magna qualis non fuit. Magna inquam quod Iudex magno furore & ira succensus ad iudicandum descendet. Cum rex aliquis ciuitatem regis vestibus indutus ingreditur tum ad connubium in eundem, tum ad hastiludium exercendum, cum vniuersa nobilitate & aulicis suis lætus & hilaris procedit, familiariter cum ciuibus agit, omnibus arridet; & omnes compellat. At si rebellem aliquam ciuitatem castigaturus aduenit, arma spirat, vultum minacem, toruum & furibundum ostendit, omnibus metum incutit, tum armorum potentia, tum conflagratione excitata. At Christus rex noster in primo suo aduentu Ecclesiam sibi coniugem desponsaturus dulcis, mansuetus, & benignus descendit, omnes compellans, vt ne pastores quidem ouium sit dedignatus; imo & cum peccatoribus familiariter egerit; quoniam hic peccatores recipit, & manducat cum illis. At in secundo aduentu, quoniam Iudex venit, armatus descendet, ignem oculis spirans, tonitru ore exerens, tempestatem manu præferens, denique torus iratus & furibundus. Illius autem furorem multis e rebus colligere erit.

Similiter

Primo è vultus commutatione; nam o Iudex iraculi illi benignissimi, facies illa ad hilaritatem composita, adeo tunc minax & torua erit omnibus, vt metum sit incussura. Quid de illa dicitis ô Prophetæ? *Montes commoti sunt ab eo, & colles desolati sunt; & contremuit terra à facie eius, & orbis, & omnes habitantes in eo,* ait Nahum *Diuisi sunt ab ira vultus eius,* ait Pfalter, & alio loco, *Montes fluxerunt à facie Domini, à facie Domini omnis terra. A facie eius contremuit terra,* scribit Ioel, & Abacuc, *Silent à facie eius omnis terra.* Et Zachar. *Silent omnis caro à facie Domini.* Desunt nec igitur Prophetarum oracula, imo vero nec decerunt figuræ & symbola.

Nahum. 1.  
Pfal. 54.  
Pfal. 96.  
Ioel. 2.  
Abac. 1.

Daniel, quem alio nomine Balthasarem vocat cum in Babylonica captiuitate ageret, tertio Cyri anno vidisse se scribit spectrum terribile, quod ad propositum non inficere quadrat. *Et lauaui oculos meos, & vidi, &*

Dan. 10.  
Figuræ quibus ira Christi ad

392  
iudicium  
venturi de-  
notatur.

ecco vir vnus accinctus lineis, & renes eius ac-  
cincti auro obrizo, & crura eius quasi Chry-  
solitus, & facies eius sicut species fulguris, &  
oculi eius vt lampas ardens. Myfterii huius  
interpretem acturus, dico hominem huic  
albis vestitum Iudicis Christi imaginem  
gerere, oculos illos fulmineos, vultum as-  
tuantem, brachia illa ardentia, vocem ton-  
nantem, furorem & choleram illius desi-  
gnare.

100.1.

Aquila illa Euangelica sublime euolans  
alium vidit, podere vestitum, & aurea cin-  
ctum zona, cuius capilli instar niuis cane-  
bant, oculi flammaram in morem scintilla-  
bant, facies vt Sol rutilabat, & vox illius ta-  
quam vox aquarum multarum. Quid vobis  
de hoc homine videtur? cuius imaginem ge-  
rit? equidem Sanctorum Patrum expositio-  
nem securus, dico Christum Iudicem hic  
denotari, & per oculorum flammam, faciem  
rutilantem, & vocem aquarum in morem re-  
boantem, illius indignationem, furorem &  
iram intelligi.

Simile.

Cum quis faciem inflammatam, frontem  
rugosam, oculos minaces, & vultum penitus  
commutatum praefert, euidentis irae signum  
est. Ceterum Christi ad iudicandum descen-  
dentis facies ita scintillabit & accensa erit,  
eiusque oculi adeo minaces, vt totus suc-  
census & igneus imo ardere visurus sit. Ignis  
a facie eius exarsit, ait idcirco Propheta. Et  
quo manifeste illius iram & indignationem  
colligere poterimus.

Tunc profecto vultus ille ad recreandum  
& gaudium omnibus afferendum composi-  
tus, (de quo dicitur, *Laticia in vultu tuo*)  
ita commutabitur, atque adeo terribilis fu-  
rurus est, vt Iob eum videre subterfugiens,  
dixerit, *Nec aspiciat me visus hominis*, id est,  
Christi hominem induci. Imo adeo eundem  
exhorruit, vt in inferno viuere, quam coram  
terribili hoc iudice comparere eiusque indi-  
gnationem inueniri maluerit. *Quis mihi hoc*  
*tribuat, vt in inferno protegas me, donec pertran-*  
*seat furor tuus?*

Iob. 14.

Iacob cum soceri sui Labani faciem in  
diuersa mutatam cerneret, eundem subira-  
tum credebat; quamobrem vxoribus suis  
ait, *Video faciem patris vestri, quod non sit*

Gen. 31.

erga me, si ut heri & nudius tertius. Ita cum in  
iudicii die vultus iudicis ita commutabitur,  
vt merus sit ignis futurus, apparebit quam-  
primum illum affectus commutasse, & irra-  
tum esse.

Secundo Iudicis huius furor & passio Ira iudicis  
(propassio inquam) egressu & agendiratione  
ex incellu colligetur. Iudicamus enim quenquam  
iratum, cum citato incedit passu, cum pedi-  
bus terram ferit, cum oculos vibrat & sustol-  
lit, & manibus minatur, quando in obuios  
obuia iacit, scamna, sedes, sedilia, mensas.  
Omnia haec in Iudice nostro inueniri licet, at-  
que ideo eius furor metuendus. Incedet quip-  
pe & procedet insolita quadam ratione, ignis  
illum praebit, Angeli lateris eius stipabunt, o-  
mnes creaturae arma pro illo induent; cum  
maiestate ingredietur, cum seueritate iudi-  
cabit, quidquid tunc illi obuium erit, in pec-  
catores euibrabit, solem, lunam, stellas, ele-  
menta, imo totum mundi huius aedificium  
euerfurus videbitur.

Tertium in eundem & furoris signum ipsa Vox quoque  
est vox, quando scilicet insolita quadam ra-  
tione efformatur, aut alia quam solet pro-  
loquitur, quando clamat, vociferatur, indi-  
gnatur, fremit, omniaque clamore concutit.  
Ira ex voce Iudicis supremi, quae insurget, &  
tonitruum instar boabit, illius iram colligere  
poterimus. Vnde *Maia; Dominus sicut ser-  
pens egredietur, sicut vir praetor suscitabit ze-  
lum, vociferabitur & clamabit.* Nec clama-  
bit modo, sed leonis instar etiam, quo ma-  
ior furoris flamma indicetur, rugiet. *Domi-  
nus de Sion rugiet, & de Ierusalem dabit vocem  
suam, & mouebuntur caeli & terra,* ait Ioc. Ioc. 3.  
*Dominus de excelso rugiet, & de sancto habitacu-  
lo, non dabit vocem suam,* dicit Ieremias, quasi  
omnes dicerent, voces hominum iram il-  
lius tunc exprimere non poterunt, rugitus  
leonis & bestiarum vlulatus imitetur neces-  
se est.

Dauid dolorem quem de peccatis con-  
ceperat expressurus, & quo in horrore i-  
psum haberet patefacturus, dicebat, *Rugis-  
parata. Id est, tantopere  
peccatum meum detestabar, vt cum crede-  
rem vocem humanam non sufficere qua i-  
psum detestarer, ab animalibus sim aliam  
mutua-*

Iu  
tr  
co  
su  
pe  
co  
de  
P/  
Ier

Iol  
di  
di  
Iol



muratus, & leo factus, rugitus nocte dieque in peccati detestationem emisit. Ita filius Dei, cum communis hominum vox non sufficiat, rugitu leonino furorem & saevitiam exprimet. Plura quin etiam ait Iob, eiusque vocem tonitruo similem futuram asserit, sed quæ à nemine mortalium sustineri queat: *Quis poterit magnitudinem tonitruus illius intueri? Dic igitur, an non tunc futura sit tribuatio magna qualis non fuit ab initio mundi?*

Iob. 16.

Magna erit profecto! terra siquidem tremet, cælum tonabit, totus orbis obstupescet: adeo etiam magna, ut sol se abditurus, luna deliquium passura, stellæ quoque cælo casuræ sint: *Sol obscurabitur, luna non dabit lumen suum, & stella cadent de cælo: ut signa prævia & prænumtia omnibus terræ incolis merum sint incussura. Turbabitur gens & timebunt, qui habitant terminos à signis tuis: ut montes ab ea fluxuri sint; De cendis, & à facie tua montes fluxerunt, cum feceris mirabilia non sustinebimus.* Equæ mirabilia facturus est? Solem scilicet obscurabit, lunæ deliquium inducet, stellas cælo deiiciet, terram concutiet, montes agitabit, bestias extinguet. Adeo denique magna, ut vel unica eiusdem memoria ab omni nos peccato reuocare, adque virtutem incitare valeat.

Matth. 24.

Psal. 64.

Isai. 64.

Iudicii extremi recordatio sufficit ad peccatores conuertendos.

Psal. 74.

Ierem. 15.

Ita porro credit David, & asserit, solam magnam huius tribulationis memoriam sufficere ad homines in viam virtutis reuocandos, & vitiorum impetum sistendum. Audite quid dicat, *Dixi iniquis, nolite iniquè agere, & delinquentibus, nolite exaltare cornu, quia neque ab Oriente, neque ab Occidente, neque à desertis montibus, quoniam Deus Iudex est.* Ipse quoque Ieremias aliud ad passiones & desideria comprimenda frænum non adhibebat, dicit enim de se, *sedebam solus, vitamque luxi solitariam, quia comminatione, extremi iudicii tui & tribulationum tunc ingruentium, replesti me.*

Iob timet diuina iudicia.

Iob. 9.

Iob quoque ad aliam normam & amulum opera non dirigebat, quam ad iudicis furorem, eiusque seueritatem expauescens ait, *Verebar omnia opera mea, sciens quia non parcet delinquenti.* Cicero quoque cum Epi-

Tom. 2. Pars Æstiva.

curo Deos peroso disputans de diuina providentia, fieri non posse ait, ut quisquam diuinam maiestatem offendat, eamque toto vitæ tempore non formidet, qui sibi persuadet, esse Deum quendam Iudicem in cælo, qui tam ab impiis quam à bonis rationem deponeret operum olim factorum. Hæc cogitate, interea aliud vobis depromam, de aduentu sc. Antichristi eiusque persecutionibus; qua orationis meæ secunda pars est.

Plurimi doctrina & sanctitate celebres Patres, Euangelium hoc exponentes, hanc Danielis Prophetiam, *Cum videritis abominationem desolationis*, de Antichristi aduentu non inscite intelligunt, atque inter alios S. Hilarius, Ven. Beda, Augustinus, qui postremus in primis ait, Antichristum metonymice ab *ominationem* dici, quod Deo è directo oppositus & aduersatus, honorem soli diuinæ maiestati debitum sibi arrogaturus sit; dicitur autem *desolatio*, quod bello, turbis, persecutionibus, aliisque sanguinolentis conspirationibus terram vniuersam desolaturus sit.

Cur appellatur abominatione Antichristus.

Horum igitur magnorum virorum qui Hæretico hoc Prophætæ oraculum de Antichristi aduentu intelligendo, de mundi fine exponit, Papam Anopinionem insistentem, iuxta Euangelii etiam tichristi no mentem, quantus hæreticorum stupor & mine appell ignorantia sit, ne dicam impudentia, collantium, go; qui passionibus pleni, & scientia carentes, docere præsumunt ac defendere, Antichristum Papam esse Romanum, & Papam Antichristum. Sed mira hic sese ostendit contradictio.

Primo, quia Iudæi Antichristum recepturi sunt; ait quippe Christus, *Si alius venit in Ioan. 5. proprio nomine, illum recipietis.* Certum est autem, nunquam voluisse Iudæos Pontificem Romanum agnoscere, sed è contra illum, ut Christianum & eo vel maxime, quod Christianorum omnium caput sit ac Princeps, odio plusquam Vatiano prosequi.

Secundo, Antichristus Iudæis, ut impostor & scelestus falsarius, se ut Messiam & Ioan. 5. Christum venditabit; nullus autem fuit unquam Pontifex, qui hoc sibi nomen assumeret, seseque oibis redemptorem iactare præsumpsit, imo ne cogitauit quidem.

D d d

Tertio,

Probatur  
Papam non  
esse Anti-  
christum.

Tertio, Antichristus solum suum in templo Salomonis collocabit; atqui nullus unquam Pontifex in templo Iudæorum sedem suam fixit. Nefandum igitur & blasphemum est asserere Antichristum Pontificem dici debere.

Quarto S. Hieronym. in 12. Danielis capite scribit, Antichristum cuius diuino bellum moturum, & triennij & semestri spatio sacrificia conaturum abrogare: quis autem unquam Pontifex se Missæ opposuit, quis sacrosanctæ Eucharistiæ honorem iuit immutatum? cum ipse Pontifex e contra fidei sit clypeus, religionis & sancti sacrificij caput & propagator. Denique Antichristus futurus est vnicus, cum tamen ducenti & quadraginta Pontifices Cathedram Romanam tenuerint, quor igitur Antichristos fuisse dicendum? At quot potius hic mendacia quot blasphemias? verum tamen est, Antichristum Christo bellum indicturum, atque omnium sceleratorum, impiorum, & peruersorum

Antichri-  
stus Christi  
inimicus.

quos in mundo reperire erit, futurum caput, vt ait Gloss. in cap. 11. Iob: adeo inquam peruersum & impium, vt S. Hippolyt. Martyr asserere non dubitarit, illum fore diabolum quendam carne vestitum. Constat nihilominus illum hominem futurum, ita namque eum vocat Apostolus, & S. Hieronymus in 11. caput Danielis, quo loco ait in Babylone illum nasciturum, quæ confusionem significat, quod omnia confusus & turbatus sit; ex stirpe item Iudaica, & tribu Dan.

2. Thess. 2.

Ceterum variis instructus erit artibus & technis ad decipiendum, tum violenter, tum subdole, donis, deliciis, metu inflictis, minis intentatis, signis fictis, prodigijs & miraculis mendacibus editis, ita, vt, restante Euangelista, in errorem inducantur, si fieri potest, etiam electi: quod & Apostolus confirmat, dicens: Cuius est aduentus secundum operati. nem Satanae in omni virtute, & signis & prodigijs mendaciu: & in omni seductione iniquitate. Adeo vt de filio illo perditionis repeti illud Poeta possit:

Matth. 24.  
2. Thess. 2.

— cui nomina mille,  
Mille nocendi artes.

Triennio autem & semestri persecutiones

illius durabunt, vt ait quodam in loco S. Augustinus, & colligitur ex Apocalypsis cap. 3. *Dara est illi potestas facere menses*, (id est, mala in mensibus) *quadraginta duos*. Ipse quoque Daniel iurantem quendam audiuisse ait, *Per virtutem in aeternum, quia in tempus & tempora, & dim dium temporu*: quod deinde exponens ait, Antichristi regnum duraturum dies mille ducentos & sexaginta, id est, nostro calculo triennio, & sex mensibus, tantaque ipsum crudelitate & seuitie administraturum, vt de temporibus illis dici possit, *Erit tribulatio magna, qualis non fuit ab initio mundi*.

Lib. 10. de  
ciuit. cap. 8.  
Dan. 12.

Tribulatio magna & vehemens ob persecutiones quas Antichristus excitabit, quæ ad duo reuocari capita queunt; vna in fraudibus & laqueis, quibus alios in errores suos pertrahet; altera in supplicijs quæ sibi credere nolentibus infliget, consistit. Torquet scilicet alios violenter, vel clanculo & blande imposturis & technis illaqueabit. quod obscure Iacob Patriarcha innuit, cum de filio suo Dan ait, *Dan coluber tortuosus*, quo loco Glossa ait, *Antichristus erit vt coluber fallax blanditijs & deceptionibus, & erit vt Cerastes exterminans tormentis*. Cerastes autem serpens est duobus instructus cornibus quæ vbi terra se abdidit, solummodo prominent, quæ dum aues per terram volitantes, vermiculos esse rata, deuorare conantur, quamprimum deuorantur.

IV.  
Duplex  
Antichristi  
persecutio.

Sceleratus hic impostor & falsarius omnes decipere & illaqueare conabitur: docebit quippe legem Christi falsam esse, ac proinde e mundo eandem profligare contendet, asseclas suos & prædicatores per omnia terræ climata destinans, qui populo persuadeant Antichristum verum Deum esse, Christum vero non esse Dei filium vni- genitum, nec à virgine illum procreatum esse, at non nisi seductorem & hypocritam illum fuisse, qui propter scelera & commissa flagitia crucifixus sit. Missæ sacrificium oppugnabit, diuinum officium exploder vt impium, & omnem falsitatem annuntiabit, vt ait in Moralibus Gregorius, & Daniel præuuntiat, *Robur datum est ei contra iuge sa-*

Dan. 9.  
crif.

visificum, & profertur veritas in aeternum. Idem dicit & Joël.

Dicet se Probabit præterea, verum se Messiam esse à Judæis expectatum, atque se carnem induisse, vt bonis eos temporalibus hoc in mundo ditaret: Decipiet Iudæos templum Salomonis in Ierusalem restaurantes, in eoque se vt Messiam & Deum adorari præcipiet, obseruari coget caerimonias Iudaicas, & circumcissionem inducet; quin & ipse, teste Alberto Magno, se more Iudaico circumcidi permittet. Sabbathi obseruationem suggeret, caerimonias omnes Christianas Constitutionesque Apostolicas exterminabit; omnique vafritiei fraudis & technarum genere vtetur quo incautos decipiat.

In Compen-  
dio Theol.  
lib. 7. c. 7.

Apoc. 13.

Omnia hæc à Joanne in Apocalypsi prædicta sunt, in qua se prodigiosum vidisse draconem ait, cuius ab ore velut Pseudopropheta, spiritus immundi egrediebantur, vt rana: *Vidi de ore draconis, & de ore bestie, & de ore pseudoprophetae exire tres spiritus immundos ad molim ranarum* Draco ille prodigiosus & pseudopropheta Antichristum denotant. Primus spirituum illorum immundorum ex spiritus draconis, id est, diabolus, qui est Antichristi eiusque sequacium ore dolos & imposturas docebunt, & subtilitates sublimes, quæ hominum captum excedent, Scripturas Sacras peruertendo. Secundus est spiritus bestie, quod bestiali quadam viuendi ratione proposita, omnia peccata licita esse docebit, delectationes carnales & voluptates nullum animis detrimentum, sed vtilitatem ac meritum adferre. Tertius est spiritus Pseudoprophetae, id est, hypocrite, quod fidam quadam sanctitatem simulabit, & honestatem morum præferet, vt scribit Hieronymus in Daniele. Cui suffragatus S. Gregorius ait: *Per hypocrisin sanctitatis, eam quam ipse Dominus veraciter habuit, singularem sibi inesse sapientiam mentietur & vitam, & sub aqua specie auditoribus reprobis serpentinum virus infundet.*

Lib. 33. Moral.

Dan. 7.

Daniel propheta, qui præ cæteris eius dolos & technas aperuit, cum de illius hypocrisi vaticinatur, ait eum habiturum os loquens

ingansia; & sane dum se Prophetam sanctum, donum miraculorum possidere, Messiam esse iactat, magna & ingentia crepat, & os magnum effert. Vnde Psalmographus scite de illo locutus videtur: *Cuius maledictione os plenum est, & amaritudine & dolo, id est, ore blasphemias & mendacia, & detractiones docebit, & corde prodiciones ac dolos machinabitur.*

Psal. 9.

At nondum hic finis. Decipiet quin etiam plurimos falsa & verisimili miraculorum imagine, quæ quamuis falsa, vera esse persuadebit; nam licet manus habiturus sit ligatas, veraque miracula edere non possit, vt docet S. Thomas, permittet tamen Deus admirabilia illum signa edere, sed diaboli adminiculo, quæ eo quod ratione quadam incomprehensibili sicut miracula dicuntur, vt Magi Ægyptij olim fecisse in Exodo perhibentur. Vel miracula etiam dicuntur, quod rara sint futura, quidquid autem rarum est, vt miraculum habetur.

V. Falsa Antichristus edet miracula.

2. 2. q. 150.

Exod. 7.

Operabitur denique prodigia & mirabilia, cælo ignem aduocabit, fulgura concitabit, fragores cælestes causabit, tonitrua ciebit, tempestates armabit, ventos producet, vt olim in euerfione domus Job. Terram concutiet, elementa commouebit, montes loco mouebit, iuxta vaticinium hoc Dauidicum: *Deus refugium nostrum, & virtus, &c. Propterea non timebimus, dum turbabitur terra, & transferentur montes in cor maris, idque virtute Antichristi.*

Antichristus edet prodigia.

Psal. 15.

Plurimos etiam scelestus hic impostor Donis muldonis & muneribus ad se pelliciet, imo omnes opibus se cumulaturo promittet: nam diaboli ope & instinctu plurimos thesauros tum intra terræ viscera delitescens, tum in maris fundo latitantes, eruet. Atque ideo Propheta Daniel ait: *Abundabit auro & argento. Domo quin etiam expilabit, facultates diripiet, sibi que credere nolentium diuitias inuadet, illorumque bona velut refractariorum fisco addicet. Vrbes potentiores ingredietur, vt easdem expilet, vnde Daniel: *Et Dan. 11. abundantes & vrbes vrbes ingredietur, ra-**

Dan. 9.

Dan. 11.

Ddd 2 pinas,

pinas, & pradam, & diuitias earum dissipabit, quas deinde assecus suis & doctrinam profitentibus elargietur, atque hac ratione plurimos ad se pertrahet. Prædixisse visus est aliquid Job Propheta dicens: *Post se omnem hominem trahet, ante e innumerabiles.* Præter deceptiones & fallacias iam dictas adhibebit quin etiam scelestus hic tormenta ac supplicia, quosque promissis & donis inescare non poterit, minis aggredietur, & apud quos fallacia locum non habebit, cruciatus viam inuenient. Huc spectat, quod se vidisse ait olim Daniel: *Videbam, inquit, in visione mea nocte, & ecce, quatuor venti cœli pugnant in mari magno, & quatuor bestia grandes ascendebant de mari; diuersa inter se.* Hic summam omnia tyrannidis, suppliciorum, crudelitatisque generâ descripta sunt, quæ singula iam explicabo. Primo, per vastum hoc mare mundum intelligo; per quatuor ventos cœli, quatuor flagella, quæ Deus ante Antichristi aduentum velut prænuntia & præambula præmitteret, bellum, pestem, famem & terræ motum, vt patet ex Euangelis S. Luc. c. 14. & Matth. c. 27, per quatuor bestias grandes, persecutiones illas vehementes, quas furibunda hæc bestia excitabit, quod quatuor præcipuis sceleribus & iis bestialibus, homines inuasurus sit, quibus omnes omnino subuertet. Per leonem siquidem alatum superbiam homines sustollentem designatam credo; Antichristus enim multos honoribus, ambitione & diuitiis sublimabit & efferet. Per vrsum vero libidinem & voluptates carnales; per triplicem dentium ordinem, triplex peccatorum in mundo tunc regnatorum genus figuratur, Adulterium, Sodomia & sacrilegium. Pardus autem hypocritism demonstrat, nam vt animal illud varias tergo maculas præfert, ita Antichristus ficto quodam sanctitatis colore, & falsis quibusdam miraculis, & deceptione mendacisque erit variegatus. Per vitinam vero belluam, quæ cæteris videbatur terribilior, designata credo enormia & graua tormenta, quibus Magnos, id est, electos, deuorabit, & neci amarissimæ tradet.

Iob 11.

Tormentis  
& suppliciis  
aduersarios  
suos exagita-  
bit.

Dan 7.

Apo. 13.

Similem prope bestiam in Apocalypsi no-

bis depingit Joannes, quæ ascendebat de mari, septem habens capita & cornua decem, & leopardi imaginem referens, pedes vero vrsi similes habebat, os vero sicut os leonis. Bestia hæc, allegorice exponendo, Antichristum denotat, & diuersa illæ animalium species, designant instar vrsi fore furibundum, instar leonis truculentum, & ferum instar leopardi; Septem capita denotant septem mortalia peccata; & decem coronæ decem præceptorum Decalogi transgressionem.

E quo colligere est, Antichristum omnibus peccatis & abominationibus plenum fore, & persecutionibus regnum illius mirum in modum auctum iri, ac verissimam esse sententiam illam Euangelicam: *Erit tunc tribulatio magna, qualis non fuit ab initio mundi.*

De hac tribulatione præclare olim scripsit In Matth. S. Joannes Chrystost. *Novissimis, inquit, diebus, cum damnatus ille homo aduersus Christum resurrexerit, tanta erit persecutio Ecclesie, vt nunquam fuerit similis, nec futura sit.* Tanta siquidem sicarij huius & impostoris futura est rabies, & persecutio adeo vehemens: *Vt etiam in errorem inducantur, si fieri potest, electi, stellæq; cœlo dilapsuræ, quod designat Draco ille Apocalypseos, quæ Joannes magnam stellarum multitudinem cauda de cœlo auulsiße scribit.*

Ecquænam tribulatio, Deus bone! quando iusti eculeo & quæstioni admouebuntur, & coram illis inimicus euidenter miracula patrabit. Miratur hoc non parum Gregorius: *Pensemus, ait, quæ sit humana mentis Lib. 32. Me- tentatio illa, quando pius martyr corpus in tor- val. mentis subiiciet, & tamen torior ante eius oculos miracula faciet? An non his & iustissimi quique & validissimi concutiantur, & ad terram deiiciantur?*

Quo vero maiores vires habeat crudelitas, fiatque potentior, multos duros habebit pestilens hic impostor assecus, qui sapientissimos quosque decipient & fallent. Testatur hoc Job Prophetes verbis satis obscuris: *Sub ipso erunt radij Solis: Iob 41. quod Gregorius hacce ratione exponit: Quid per radios solis, nisi cacumina sapientum designan-*

*designantur*: Elargietur adhuc largissima munera, & omnes omnino mortales largitionibus & donis pelliet. Erit enim locupletissimus, utpote solus in orbe Rex futurus, ut ait in Daniele Hieronymus. Eodem artificio & industria vsus est olim Satan, cum DEI filium unigenitum tentaturus, ostendit illi omnia regna mundi. Proh dolor! Hodie rebus frivolis & exigui momenti homines ad peccandum pertrahuntur, quid igitur sub Antichristi regno futurum est, quando amplissimis donis & muneribus splendidis inuitabuntur & pellientur. Quam pronitatem ad peccandum demiratus David Propheta, interrogat, *Prop. a. quid irritauit impius Deum?* At sub tyranno hoc longe aliter se res habebit: ut enim animas illa queat & iustos peruerat, nullis parcerit sumptibus, imo & regna inuadet & aggregietur.

*Tunc erit tribulatio magna*, id est, tentatio magna, vel persecutio magna, prout lubuerit intelligere. An non enim magna illa futura, quando infernus, mundus, Antichristus & diabolus, fraudes, astus, doli, supplicia, tormenta, dona, pollicitationes splendida in idipsum collatis viribus contentura sint? erit nempe magna, quod omnibus sit futura communis, & aduersus omnes excitanda. Magna, inquam, quia postrema: solent autem postrema insultus esse maiores & vehementiores. Magna denique, quod hac iustorum sit exploranda tolerantia, electorum opera purganda, fideliumque merita augenda.

*Erit tribulatio magna*. Merito igitur tribulationis nomine vsus est Spiritus Sanctus, non autem persecutionis; ut ostendat, tribulationem indiuiduam vitæ huius esse comitem, & iustis illam vsque in finem sæculi referuari. CHRISTO ipso dictum est: *Ascendit vsque ad caelos, & descendit vsque ad abyssos*, descendit, inquam, vsque ad abyssos cruciatuum & tormentorum, ut resuscitatus deinde ad maiorem gloriam extolleretur: Præclaro igitur ducis huius exemplo discant iusti, qui hæc in vita perpetuo militant, semper ad profundas tribulationum abyssos descendere,

ut deinde ad cælum consolationum ascendant.

In prodigiosa illa Scala Jacob Angeli ascendebant simul & descendebant. Per hanc plurimi crucem intelligunt, per hanc igitur Scalam ad tormenta vsque, afflictiones, lachrymas, opprobria, mundi contemptum, descendat oportet, qui deinde ad Deum, & ad cælestem voluerit beatitudinem ascendere. Hæc itaque Scala in fine sæculi erigetur, ut electi per illam, non secus atque Angeli quidam vsque ad supplicia, martyria, mortem denique ipsam descendant, ut deinde ad gloriam, victoriam, vitamque sempiternam ascendant.

Sunt in Dauidico Psalterio quindecim Vnde Psalmi, quos Graduales appellant, quod Graduales canerentur ab iis, qui templi gradus ascenderent, atque hi ipsi à tribulatione exorbeant. diuntur: *Ad Dominum cum tribularer clamaui, & exaudiuit me*, & vix inter eos est aliquis, in quo non luculenta tribulationum mentio fiat; quod Spiritus sanctus studio fecisse censendus est, ut demonstraret, tribulationes esse velut gradus quosdam, quorum adminiculo in cælestem Jerusalem ascensus datur: an non notum axioma illud Euangelicum? *Per multas tribulationes oportet intrare in regnum caelorum.*

Atque ideo Sponsa in Canticis hortum suum vocat hortum nucum: *Descendi in hortum nucum, ut viderem poma conuallium*; nucum hortum dicit, non pomorum, ut Spiritus sanctus ad labores & afflictiones Ecclesiæ militantis alluderet: nam, ut nux exterius dura & amara est, sed interius dulcedinem inclusam continet: ita viri iusti exterius & circa corporalia amaros se & rudes ostendunt, sed intrinsecus & in animæ penetralibus diuinæ consolationis dulcedo continetur & delitescit.

Huc colligans Propheta Regius dicebat: *Psalm. 126. Eunt ibant & flebant mittentes semina sua, Tribulationes autem venient cum exultatione.* Lones sementur hic, ait Doctor incognitus, de liberatione filiorum Israel post longam illam capti-

captiuitatem Babylonicam; quam Darius & Cyrus Persarum Reges Israelitis concessere. Quo loco notandum est, lachrymas & labores sementem gloriæ & gaudij nuncupari. Eodem modo de tribulatione iustorum loquendum est: eorum quippe tribulationes, persecutiones, infamia, paupertas, & quidquid hoc in mundo perferent, & ad mundi vsque finem toleraturi sunt, seminis quoddam genus sunt, quæ ubi maturuerint, messem gloriæ efficiunt: & quemadmodum nullus sine semine nascitur fructus, ita nulla sine sudore, labore, & tribulatione dabitur gloria. Atque hæc occasione tribulationum, quæ in Antichristi aduentu per orbem inualescent, & persecutionum & signorum, quæ magnum iudicij diem præcedent.

Calamitas  
differendum  
pœnitentiæ  
in mortis  
vsq; horâ.

Hæc igitur mēte voluite, Auditores, diem hunc horrendum præ oculis habetote, vltimas illas persecutiones formidate, disponite vos ad rationem reddendam, pœnitentiā in mortis tempus nolite differre. Noli, o miser peccator, dicere, Quando ad vitæ extremum peruenero, testamento omnia inique parta restituiam, ac tunc Ecclesiæ Sacramentis munitus in pace hinc dicendam. Recordamini illorum verborum, quæ CHRISTVS vel de excidio Hierosolymitano, vel de mundi interitu dixit: *Va pregnantibus & nutrientibus in illis diebus.* Ita ad nostrum propositum dicere possumus, *Va qui in mortis hora bonos conceptus & vitæ melioris propositum concipiunt.* Neque enim tunc tempus aptum est ad vitam nouam inchoandam, quando è vita emigrandum erit. Atque hoc tacite significauit Dominus, cum in Euangelio ait, *Orate, ne fuga vestra fiat in hyeme,* hyems enim ad fugiendum inepta; haud multo etiam aptius est tempus mortis ad mundi & peccati fugam inuendendam, quando nimirum hinc lachrymatur vxor, illinc gementes adstant filij & domestici, medici quotidie adsunt assidui, & cruciatus inualescunt. Tunc igitur quicumque peccatum deserere conatur, fugam in hyeme adorat, id est, tempore difficili & inepto.

Quinque autem salutaria hoc in Euange-

lio nobis suggeruntur consilia. Primo, *Ne* Quinque  
mo, quando videbit abominationem deso-  
lacionis, & Antichristum in mundum venif-  
se, in Iudæa aut Hierosolymis subsistat, sed ad hoc Euan-  
gelio de-  
montes confugiat: *Tunc qui in Iudæa sunt* su-  
giant ad montes: Vrbes igitur deserendæ sunt, prompta,  
& solitudines & rupes adeundæ; peccatum  
enim vt ciuites, satius est apud bestias, quam  
apud homines viuere. Ita Loth, Angelo-  
rum suasa & instinctu Sodomis egressus,  
ad montana secessit, Elias etiam furibundam  
Jezebelis rabiem declinans, cauernam  
adiit. Secundum, Si quis in tecto aut domus  
est vertice, non descendat, vt quid inferre  
petat: *Et qui in tecto, non descendat tollere ali-*  
*quid de domo sua.* id est, qui celestium rerum  
contemplatione in sublime elati sunt pro-  
cul a terrenis sequestrati, ne ad mundana  
descendant; & mente ad ima & terrena dela-  
bantur.

Tertium, *Et qui in agro, non reuertatur tol-* Documen-  
*lere tunicam suam.* id est, Religiosi, qui in de-  
sertis commorantur, & iam mundo egressi  
sunt, ne amplius in domum quidpiam acce-  
pturi, negotiisque secularibus se implicatu-  
ri reuertantur.

Quartum, *Va pregnantibus & nutrientibus* Documentum  
*in diebus illis;* quia illæ foetu grauatæ, & hæc  
alumnos ad vbera habentes vel manibus ge-  
stantes, fugere non valebunt. Hisce designa-  
tur auari & ambitiosi, qui tot negotia concu-  
piunt, totq; concupiscentias enutriunt, vt à prægnantes  
facie peccati, & à diuinæ iustitiæ punitione denota-  
fugere nequeant, atq; hi à Deo maledictione  
percutiuntur, & vere infelices sunt.

Quintum, *Orate, vt non fiat fuga vestra in* Conclusio  
*hyeme vel in Sabbatho;* in hyeme quippe fri-  
gus sæuit, & in Sabbathis, iter ultra mille  
passuum extendere nefas. Id est, Excacati &  
obdurati peccatores, qui conuersionem &  
pœnitentiā ad mortis vsque hyemem, &  
alterius vitæ Sabbathum differunt, in quo  
nulla de meritis fiet mentio, ad fugam peni-  
tus inepti sunt, quo se in altero mundo in-  
tuto collocent, in quo non iam Antichristus,  
non Pseudopropheta, sed diabolus ipse a-  
nimas persequitur, & tunc erit tribulatio ma-  
gna.

Hæc igitur serio voluite Christiani, ad-  
uersus

versus Antichristi impetus arma assume, Christi fideles estote, tribulationes illas extremas apprehendite, diuina iudicia pertimescite, sanctarum meditationum tecto vos continete, in terram nolite descendere, vt vitam ducatis actiuam, sed potius agite passiuam: ad mundum ne redieritis, semel cum egressi fueritis, & iam montes ascenderitis; ne expectetis donec senectus venerit, in qua bona concipere proposita, & vitæ melioris spem enutrire possitis. Imprimis autem caute, ne tum peccatum & mundum fugiatis, quando mortis instabit hora: hoc enim tempus ad fugam ineptum est: in tempore fugite, iam inde ab adolescentia, ætate vitili, fugite inquam, quamdiu vires & animus supererunt, nec expectate donec solennitates & festa maiora aduenerint. Nolite expectare donec Sabbathū illuxerit, tunc enim discurre nefas, tunc omnis pœnitentia inutilis, meritorum acquirendorum nulla spes. Fugendum igitur in vere vitæ & die profesto.

Tu vero æterne & omnipotens Deus, qui noster futurus es Iudex, noli, quando dies illa aduenerit, qua coram iustitiæ tuæ tribunali nos comparere, tibiq; de tota vitæ serie nationem reddere oportuerit, in peccata nostra curiosius inquirere, sed benignum te ostende. Cumque tunc dies furoris, calami-

tatis & miseræ futura sit, dies inquam, quam tot horribilia signa præcedent, abominatio sc. à Prophetis prænuntiata, Antichristi persecuciones quarum meminere sacra volumina, & tribulationes quales ab initio mundi nunquam visæ vel audita, quas Euangelium prælagiit; nos protege, defende ac tuere, sis nostra tutela, asylum, refugium. Tunc quidem vt nouimus rigidus, seuerus, iratus apparebis, signisque exterioribus id ipsum demonstrabis, quando nempe solem obscurabis, lunæ deliquium, stellarū lapsus, & mundi commotionem causaberis; sed sciuis etiam, benignissime Domine, non in perpetuum te irasci, & iram tuam finem habere, teque postquam iram nonnihil exercueris, misericordix viscera induere solere. Ingenium tibi siquidem est ignoscere, non vero condemnare, peccatores saluare nosti, non vero animas perdere. Nostrorum igitur commiseratione tangere, cumq; dies illa desolationis, dies magnarum tribulationum aduenerit, vitæ nostræ causam benigne discute, tamque benignam pro nobis sententiam pronuntia; vt per illam æternæ gloriæ possessionem adire valeamus: ad quam deducere nos dignetur Pater & Filius &

Spiritus sanctus, Amen.

*Coll. Soc. Jesu Præd. 1661.*

*Docebo iniquos vias tuas.*

F I N I S.